

Dico enim uobis: quod non bibiam de generatione uitis: donec
 regnum di ueniat; **E**t accepto pane: gratias egit: & fregit
 & dedit eis dicens; hoc est corpus meum: quod pro uobis datur
 hoc facite in meam commemorationem. **S**imiliter & calicem
 postquam auertit dicens; hic est calix nouum testamentum
 in sanguine: qui pro uobis fundetur. **U**erum tamen: ecce manus
 tradentis me: mecum est in mensa: & quidem filius hominis:
 secundum quod definitum est uacat. **E**t ipsi coeperunt quaerere
 inter se: quis esset ex eis qui hoc facturum esset;
Fuit autem & contentio inter eos: quis eorum uideretur
 esse maior; **D**ixit autem eis rex gentium dominatur eis
 & qui potestatem habent super eos: benefici uocantur; uos
 autem: non sic; sed qui maior est in uobis: fiat sicut iunior
 & qui praecessor est: sicut ministrator;
Nam quis maior est qui recumbit an qui ministrat? nonne
 qui recumbit? ego autem in medio uestrum sum: sicut qui
 ministrat; uos autem estis: qui per mansistis mecum in tem-
 ptationibus meis; & ego dispono uobis: sicut disposuit
 mihi pater meus regnum; ut edatis & bibatis super mensam
 meam in regno meo; **E**t sedecis super thronos: iudicantes
 duodecim tribus isrl; **A**t dñs; simon simon: ecce satanas
 expoliuit uos: ut cribet & sicut triticum; **E**go autem rogaui
 pro te: ut non deficiat fides tua; **E**t tu aliquando con-
 uersus: confirma fratres tuos; **Q**uid dixit ei; dñe paratus
 sum: & in carcerem: & in mortem ire; & ille dixit; dico
 tibi petre: non cantabit hodie gallus: donec tu abneges
 nosse me; **E**t dixit eis; quando misi uos sine saculo & pera
 & calciamentis: numquid aliquid defuit uobis? & illi dixerunt
 nihil; **D**ixit ergo eis; sed nunc qui habet sacculum: tollat
 similiter & peram; & qui non habet: uendat tunicam suam

L. cel. viii
 ff. cel. viii
 ff. cel. viii

L. cel. viii
 ff. cel. viii
 ff. cel. viii

L. cel. viii
 ff. cel. viii
 ff. cel. viii

L. cel. viii
 ff. cel. viii

L. cel. viii
 ff. cel. viii

L. cel. viii
 ff. cel. viii